



Ocvlvs, Hoc Est: Fvndamentvm Opticvm

Scheiner, Christoph

Freiburg i. B., 1621

Cap. VII. Res una multiplicatur situ locoru[m] euerso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71258](#)

CASVS TERMINI VICINI.

CAPUT VII.

Si obiectum vicinum, & lamina ad oculum adhibetur, apparet quædam eadem quæ prius: quædam contraria eueniunt. Nam res secundum foramina multiplicatur, circellarum se-
tio & situs prior manet; sed situs locorum in simulacris permu-
tatur, quod ut prius duplicitate patefit, obstipatione foraminum,
& situs ipsius apparentia. Nam si dextrum foramen seu
trans seu cis obumbres, peribit sinistrum rei simulacrum, &c.
E.P.F si tria foramina adhibeas, videbis rem triplicem euerso
G imaginum inter se situ. Sunto tria foramina A, B, C, in
aliquâ lamellâ, res vñica vñla D, triplicabitur secundum
imagines E F G. spectabiturq; res in E per foramen C; in
B F, per A; in G per B, euerso locorum situ. Huius rei ra-
A. rationem luculentam dabit, cui formale visionis organum
cognitum fuerit.

EXPERIENTIA SEXTA.

NON TANTVM RES VNA MVLTIPLEx
fit diuersis modis, verum etiam per plura
foramina vna appetit.

CAPUT VIII.

Hæc omnia simul, uno modo periclitari facillimè cuilibet li-
cebit hac ratione. Esto oculus A, axis opticus AB, lamella
oculo obtenta CD, pertusa duobus aut tribus foraminibus
E,F,G; interualla FH, HI, IK, singulas spithamas, sequent; acci-
piatur folium chartæ mundæ in quam scribi solet, &c. & vel pun-
cto N nigro insigniatur; vel acu alicubi perforetur: si n. punctu
illud in axe optico inter distantiā vnius spithamæ F & H, tenuer-
is, videbis illud idem punctum N tergeminū simulacris O,P,Q,
situ inuerso, ad eum modum quo capite præcedente expli-

F 2 caui,